

iussibet remedii sic *dosis* sive exhibendi  
quantitas.

III. Noticia remediorum cum simpli-  
cium tum compositorum, quæ principa-  
lioribus corporis partibus tota sua sub-  
stantia medentur.

IV. Viæ ac meatus corporis, per quos  
ex partibus principalioribus, vitiosi hu-  
mores commode per medicamenta eva-  
cuandi sunt.

V. Noticia formæ remediorum compositorum  
in qua medicamenta usurpari solent  
in curatione morborum.

VI. Generalissima axiomata & regulæ  
in omni curatione observandæ.

SECTIO II.

DE MEDICAMENTORVM  
PONDERIBVS ET  
MENSURIS.

I. *Quæ & quot sunt pondera ac mensura medi-  
cinales, & quibus characteribus notulæ quæ  
in Medicorum libris adnotantur?*

**V**ETERIBUS Medicis longe plu-  
res fuerunt ponderum ac mensu-  
rarum species & notulæ quibus bre-  
vitatis causa in suis scriptis utebantur.  
Hoc autem seculo 14. tantum notulis &  
literis

literis brevitatē causa utimur, quibus & pondera & mensuræ, & abbreviatioes omnes significantur, quæ in sequenti tabella comprehenduntur.

*Tabella characteres & nomenclaturas  
ponderum & abbreviationum  
Medicinalium com-  
plectens.*

1. Gr.	} significat	Granum
2. ℥.		Scrupulum
3. ℥.		Draohmam
4. ℥.		Vnciam
5. gr.		Quadrantem
6. ℔.		Libram
7. M.		Manipulum
8. P.		Pugillum
9. s.		Semifsem
10. n.		Numerum
11. R.		Recipe
12. an.		Ana.
13. q. s.		Quantitatem suffi- cientem.
14. p. æ.		Partes seu portiones æquales.

2. *Quæ sunt significationes harum notularum, & quantum quodlibet pondus Medicinale pendet?*

Gr. gr. λεπτόν ein Gran, est pondus Medicinale omnium minimū, & quanquam grano

grano hordei in officinis aestimetur: tamē proprie granum numerarium quo utuntur aurifabri, significat, *Ein Esz.*

Ɔ. Scrupulus *ῥέμμα der dritte theil von einem Quintlein*, est tertia pars drachmæ, & est pondus continens in se 24. granorum nummatorum quantitatem vel mensuram.

ζ. Drachma *δραχμή ein Quintlein* est octava pars uncia, & pædet tres scrupulos.

ζ. Vncia *ῥυκία ein Unze oder zwölfe Loth.* & est duodecima pars libræ medicinalis, & continet in se 8. drachmas.

ιβ. Libra sive pondo *λίτρα ein Pfunde.* Libra quidem Medicinalis ex 12. mercatorum vero ex 16. unciis constat: & hoc tempore in pharmacopoliis in conficiendis medicamentis & mensurandis liquoribus libra medicinali, id est 12. unciis pro libra utuntur. In dividendis vero rebus aridis & aromatibus 16 uncias pro ἴβ sumunt, quæ duplicatæ 32. semiuncias, quæ mercatoribus *ein Loth* dicitur, pendent.

γρ. Quadrans *τεταρτημοσι ein Viertel* est quarta pars libræ quæ constat in pondere medicinali ex tribus, in mercatorum ex 4. unciis.

M. Manipulus *χειροπλήθης ein Handvoll.* Herbae & flores non pondere, sed manipulo seu fasciculo mensurantur:  
&



& est tanta mensura, quantum manu complecti possumus.

P. Pugillus  $\mathfrak{p}$  est quantum quatuor summis, digitis comprehendere possumus.

S. Semi vel media pars. Hæc notula omnibus ponderibus vel per se, vel cum aliis numeris adijci potest, & medietatem eius ponderis, cui additur significat ut exempli gratia  $\mathfrak{ss}$ ,  $\mathfrak{zj}$ ,  $\mathfrak{ss}$ . id est, scrupulus dimidius, dragma una semis.

R. Recipe. In schedulis medicatoriis quas Receptas vocant semper est principalis litera, & significat Recipe, accipe, sume, videlicet rerum subsequantium.

an. Ana est vox Arabica, cuius notula semper post duorum aut plurimum medicamentorum enumerationem ante characteres seu notulas ponderum inscribitur. Significat autem ana æquales omnium præscriptarum rerum partes, & tantam portionem, quantum subsequens ponderis numerus indicat.

Q. s. Quantitatem sufficientem. Hæc duæ literæ reperiuntur interdum in schedis medicatoriis & libris Medicorum ubi certum pondus aut mensura non exprimitur, sed pharmacopæi arbitrio permittitur, convenientem mensuram, quantum artificiosa coniectura satis esse iudicaverit, accipiendi.

P. æ.

METHOD. MEDENDI. 697

P.æ. Partes æquales cuiusque supra scripti sumendas indicat. Hæc omnia exemplis illustriora sunt.

1. Potio crassos humores extenuans & concoquens, obstructosque meatus aperiens.

R. Rad. Fœniculi.

Petroselini.

Apii ana ʒ iij.

Asari.

Semi. Sileris montani.

Pastinacæ.

Anisi an. ʒ ij.

Herb. Scordii.

Cardui benedictæ.

Centaurei minoris an. M. j.

Cons. Boraginis.

Buglossæ an. ʒ l.

Vvarum passarum gr. l.

Concidenda concidantur, & contundenda contundantur, & decoquantur in aquæ puræ q. l. ad tertias, colentur, colaturæ admisceantur

*Syruporum de calamintha.*

De Eupatorio.

Oxymellis simplicis an. ʒ iij.

Fiat potio.

2. Haustus bilem & Pittuitam purgans.

R. Fol. Senes Alex. ʒ ij.

Gg

Rha-

Rhabar. ʒj.

Cinnam.

Spicæ Indicæ an. ʒ l.

Contusa macerentur in aquæ Cicho-  
rei ʒ iij. per noctem.

Mane ebulliant leni ebullitione, & ex-  
pressa colentur, ac colato jusculo admi-  
sceantur

Elect. Lenitivi

Diacatholici an. ʒ j.

Fiat haustus, exhibeatur tepidus in au-  
rora 6. horis ante prandium.

3. *Pulvis ad corroborandum ventriculum.*  
*Magen Pulver.*

R. Cinnamomi

Zinziberis

Galangæ an. ʒ ij. l.

Margaritarum præparatarum

Corallium rubeorum præparatorum

ʒ iiij.

Saccari albi ʒ iiij. pulverisata misce-  
antur, fiat tragea.

4. *Haustum sudorificus venenatos halitus è*  
*corpore discutens.*

R. Theriacæ Andromachi

Mithridatii optimi an. ʒ l.

Pul. Zedorix

Angelicæ

Scordii an. ʒ l.

Aqua Scordij ʒ iij.

Aceti



METHOD. MEDENDI. 699

Aceti rosacei ℥ j. Misceantur,  
fiat haustus.

5. *Pilula capitis excrementa purgantes.*

R. Mas. pil. Aurearum

Cochiarum

Aggregativarum ℥ j.

Trochiscorum de Agarico ℥ f. cum  
aqua Majoranæ, formentur pilulæ  
n. quindecim, deglutiantur in aurora.

6. *Unguentum ad inflammationem & pus-  
tiones hepatis.*

R. Oleorum Rosacei

Cytroniorum

Mastiches

Nymphetæ an. ʒ ij.

Ceræ albæ q. s. Fiat linimentum, quod  
eluat cum aceto rosaceo. deinde admi-  
sceantur pul. Mastiches ℥ j.

Camphoræ gr. ij.

Gg 2

SE-